

ET POST DIES SEX ASSUMPSIT IHS

petrum & iacobum & iohannem fratrem eius. & ducit illos
 in montem excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos.
 & resplenduit facies eius sicut sol. uestimenta autem eius.
 facta sunt alba sicut nix. & ecce apparuit illis moyses &
 helias. cum eo loquentes. Respondens autem petrus. dixit
 ad ihm. Dne. bonum est nos hic esse. faciamus hic tria
 tabernacula. tibi unum. & moysi unum. & heliae unum.
 Adhuc eo loquente. ecce nubes lucida obumbravit eos.
 & ecce uox de nube dicens. hic est filius meus dilectus. in
 quo mihi bene conplacui. ipsum audite. & audientes
 discipuli. caeciderunt in faciem suam. & timuerunt ualde.
 & accessit ihs & tetigit eos. dixitq. eis. surgite. & nolite
 timere. Leuantes autem oculos suos. neminem uiderunt
 nisi solum ihm. & descendit abus illis de monte. praecipit
 ihs dicens. uenim dixeratis uisionem. donec filius hominis
 a mortuis resurgat. **E**t interrogauerunt eum discipuli
 dicentes. quid ergo scribae dicunt. quod helias oportet
 primum uenire. At ille respondens ait eis. helias quidem
 uenturus est. & restituet omnia. Dico autem uobis. quia
 helias non uenit. & non cognouerunt eum. sed fecerunt
 in eo. quaecumq. uoluerunt. sic & filius hominis. passu-
 rus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli. quia de
 iohanne baptista dixisset eis. **T**um uenisset ad turba.
 accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens.
 Dne. miserere filii meo. quia lunaticus est & male patit.
 Nam saepe cadit in ignem. & crebro in aquam. & obtulit
 eum discipulis tuis. & non potuerunt curare eum.
 Respondens ihs ait. O generatio incredula & peruersa.
 quousq. ero uobiscum. usq. quo patiar uos. Offer te huc

In clxxiiij

In lxxxviii

In clxxiiij

In lxxxviii

In lxxxviii